

plurium subsidijs post hanc uitam consolari ualeamus. preter predicta cuilibet claustro per totum Regnum Swechie vnam marcham denariorum Elargimur. Vt igitur super predictis firma sit stabilitas & nulla possit in posterum sinistra calumpniacio suboriri. presentem paginam hec ex uero dei timore facta constestantem amborum nostrorum sigillis testimonio Roboramus.

Sigillen: N:o 1, föga skadadt, hänger i röda silkestrådar; 2 likaledes i gröna silkestrådar.

På fränsidan: Ryth & beeth. vesgocia.

900.

Vid 1270:talet.

CECILIA, KNUT JARLS dotters Testamente af gårdar till Fogdö och flera kloster, m. m.

A. 3: k. 6: 2.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Ego Cecilia Kanuti quondam Ducis filia anime mee prouidere desiderans, testamentum meum condo sub hac forma Claustro fodø confero Flastad curiam filii mei Birgheri vbi eciam eligo sepulturam, pro qua rependo ei Husaby in Nerikia possidendam, Jtem curiam Swnd in wermælandia redactam in equipollens precium do omnibus claustis ista parte Tywid equaliter diuidendam, Ecclesiis quibus curie mee adiacent vbicumque, volo quod sacerdotibus earum de qualibet curia detur vna vacca, vbi plures sunt curie plures vacce, Ingerdi filie mee pro eo quod eam inuitam in claustro volui detineri & actenus de bonis nostris nichil est consecuta, do mansionem waldbÿ cum omnibus attinenciis suis, jta vt nichilominus hereditatem plenam cum suis coheredibus sorciatur, Estridi que diu in nostro obsequio exstitit do dimidiam marcã terre in loco, quo ei heredes mei voluerint assignare, Quinque mancipiis reddo libertatem que ad hanc Birgherus filius voluerit nominare, Hec omnia presentibus filio meo .B. & filia Ingerde. priore Sictunensi & socio Domino haquino & laurencio sacerdotibus ac nostra familia ordinavi.

I Sigillet ett C med löfverk ziradt.

901.

Vid 1270:talet.

PHILIP CARLSSONS Testamente af jorda-gods och penningar till Alwastra, Warnhems och Nydala kloster, Wexiö med flere kyrkor samt enskilda personer, med förordnande derjemte om sin lägerstad i Nydala, betalandet af boets skulder och om Pelegrimsfärder för utplånandet af hans synder af FADER HARALDSSON till Riga och af tvenne Småsvenner till S:t OLOF.

A. 3 x. 1: 21.

In nomine patris et filii & spiritus sancti. Ego philippus karuli quondam filius condo testamentum meum sub hac forma. Monachis noueuallis